¶ In hac parte quarta verificat correlariū dicēs φ ex hoc quod ypo. dixit φ febres nō fiunt in senibus. similiter acute minuit φ causa est. quia corpora senū sunt frigida ⁊ tūc causa dicti est clara.
¶ Cum enim febris nō sit aliud q̄ calor naturalis mutat⁹ in igneū. i. transmutatio corporis de naturali calore ad igneū constat non tantum posse mutari in senibus quantum in iuuenibus i qbus cum sit multus calor ille faciliter venit ad vltimitatem. Sꝫ si aliquādo ita intense febriunt senes vt iuuenes possunt febrire. i. si ad ꝓpinquū gradū febriū iuuenilium veniant significat futura mors ꝓpter morbi magnitudinē ⁊ subiecti debilitatem.

¶ Hec dicta omnia ſm modum dictum supra in expositione afforismi limitentur ¶ Hec ypocratica. ¶ Facit quod dictum est ⁊ patꝫ illā epistolam. Bonū est querere.

Uentres hyeme. ypo. in hoc affori° itēdit vnā ꝯclōnē pricipalē que ē ista. In tpe veris ⁊ in tpe hyemis oꝫ plurimū dare de cibo. ꝓbat qa i illis tēporibus ventres sunt calidissimi secundū nām ⁊ somni sunt longissimi. g̃ plurimū debet dare de cibo. Probat consequentia quia vbicūq̄ est calor innat⁹ mult⁹ multo indigetur nutrimento. Et φ vbi calor innatus est mult⁹ plurimo īdigemus nutrimento patꝫ p signum sumptuꝫ ab etate ⁊ complexione quia etates calidiores vt puericie ⁊ iuuētutis indigent plurimo nutrimēto ⁊ complexiões calidiores corpora a tletaꝝ que sunt calidiora.
¶ Quod aut ē ventres vē ⁊ hyeme sunt calidissimi ⁊c. Supponit ypo. ¶ Circa afforismū nō. p̄io per ventrem hic intelligi omnē cōcauitatez corporis naturaliter nutrimenti contentiuaꝫ vt dictum fuit afforismo 2°. ¶ Quid autē intelligi debet per ver. ⁊ quid per hyemē vide secūda primi ab auic.
¶ Nō. 2° φ ventres in hijs tēporibus eē calidissimos. potest intelligi duobus modis. vno modo intensiue ⁊ hoc nō est veruꝫ vt apparebit in vna qōne. Alio mō quia plus eis assistat de spū ⁊ sanguie ⁊ corporibus calidis nāliter iuuantibus ad operationes nāles. ⁊ hoc modo intellexit ypo. Et iō nō dixit absolute sunt calidissimi sꝫ calidissimi nā. i. plīmū habūdātes naturali calō. ⁊ hoc ē veruꝫ mō dicto. ¶ Nō. 3° φ qꝛ causa sompni est vaporatio mulcebris ad cerebrum ⁊ inde seq̄tur spūuꝫ retractio. iō illo tempore fiunt longiores sompni i quo plurima talis fit vaporatio ⁊ diucius anteq̄ dissoluat ꝑseuerat. hoc autē est in vere ⁊ hyeme cū tunc minus acuti vapores eleuentur ⁊ temporum frigiditate diucius stent anteq̄ dissoluant. ¶ Nōdū 4° φ causa quare ventres sunt isto mō calidissimi in hyeme est quia p frigus aeris ꝓhibet exit⁹ spiritū a corpore clausis poris ⁊ ita ad intra magis mouentur. vnde fortificato corde ⁊ mēbris iterioribus tandem magis multiplicato sanguine fortificantur etiam exteriora. In vere autē sunt calidi ꝓpter sanguinis ⁊ spūum multitudinem factam tempore hyemis ⁊ quia tempus moderamine ⁊ equalitate v̄tutis ꝑseuerat virtus fortis. ⁊ tunc pꝫ causa verificans ꝯclusionem afforismi. Nā calore existente nāli plurimo merito hui⁹ digestio est apta fieri melior ⁊ supfluitatis dissolutio velocior ⁊ ideo plus cibi poterit virtus tollerare ⁊ decenter digerere. itē sompnus adiuuat digestionem. ideo longo existente sompno plus cibi digeri potest.
¶ Nō 5°. φ ad verificationem ꝯclusionis requiritur primo φ tempora seruent suam naturam ita φ hyems sit frigida sed non extreme. tunc eni debilitaret vel extingueret calorem ⁊ ver temperatū ¶ Requiritur. 2° φ corpus sit robustum. Nā corpus valde tenue intus ⁊ extra infrigidaret. ⁊ ideo

corpus valde senile ꝛ etiam complexionē habens multū frigidam. ¶ 3°. requiritur ista corpora vti debito regimine vt pānis ꝛ administratione rerū non nālium. ¶ Nō sexto ꝙ corpore attletaꝝ sunt calida cōmuniter cū sint audacia ꝛ ad motus fortia. iō si multo cibo indigent hoc est qꝛ multū hñt calorē. ¶ Nō vltimo ꝙ p calorē innatū nō intelligit sicut in precedenti affoꝛismo. imo p innatū itelligit vnūquēqꝫ calorē hic ꝯuenientē ꝛ nālē corpori humano. ¶ Nō octauo ꝙ plurimo indigere nutrimēto pōt itelligi aut quo ad vnā cibationē aut quo ad oēs i eo tpe simul aggregatas. huius aūt affoꝛismi cōcoꝛdia sumitur prima quarti ca° de cibatione febricitātiū. ꝛ 2ª pmi ꝛ est vtilis i recte oꝛdinando dietā secūdū varietatē tēpoꝛū anni ꝛ ampliatur ad regiones ꝛ similes cās calorē vnientes.

Circa affoꝛismū dubitaf vtrū corpora hūana sint calidioꝛa naturalr in hyeme ꝙꝫ in estate. ¶ Negatiue arguif sic aliquod corpus temperatū ē calidius in estate ꝙꝫ in hyeme ꝛ nō est calidius nisi naturaliter. ergo tale ē calidiꝰ nāliter in estate ꝙꝫ in hyeme ꝯsequētia clara est ꝛ assumptū pꝫ qꝛ omne corpus ꝯuenienter rectū ē in estate calidius ꝙꝫ in hyeme vt pꝫ p signa talem caliditatē significātia. s. pulsum velociorem vrinā citriniorē magis colericas feces ergo etiā tēperatū corpus ē calidius in estate ꝙꝫ in hyeme. 2° sic si ita esset sequeref aliquem senem temperatum esse aliquo temperato iuuene in simili gradu temperamenti calidiorē naturaliter ꝯñs falsum quia quilibet senex respectu sui iuuenis ē frigidus. Et arguitur ꝯsequentia quia sit sortes temperatus i vltimo instanti consistentie ꝛ sit in instanti inicia tiuo hyemis ꝛ regaf regimine ꝯseruatiuo optimo ꝛ sequtur ꝙ imediate post hoc fiet nāliteꝛ calidior ꝙꝫ nūc sit ꝛ imediate post hoc erit senex in medio tēperamenti. aliter enim non ꝯseruaretur ꝛ tunc est ꝯsistens ergo conclusio. Et ex eodem sequeref ꝙ non semper stante debito cōseruatiuo regimine caliditas post etatē consistentie minueref contra auicennā ca° de etatibus ꝛ contra diffinitionē senectutis ꝛ pꝫ reducenti ꝯclusionē ex eodeꝫ casu. ¶ Sequitur. 3° ex isto ꝙ in etate senectutis posset fieri verū augmentū ꝯsequens impossibile ꝛ patꝫ ꝯsequentia in casu nostro quia soꝛ. per totū autūnū fuit consistens. ergo sufficiet tantū restaurare quantum resoluere vel dissoluere ꝛ continue post hoc restauratiua fortificatur. ergo sufficiet plus restaurare quam dissoluetur ergo sufficiet facere verum augmentū cum nihil aliud videaf esse augmentū ꝙꝫ restauratio secūdū quantitatē maioreꝫ deperditā. ¶ Seqtur quarto ꝙ saltē in etate cōsistentie posset fieri verū augmētū. ¶ Nam sit nunc vltimū instans adolescētie ꝛ pncipiū hyemis ꝛ seqtur ꝙ caloꝛ incipit habere maiorē ꝓpoꝛtionē supra humidū ꝙꝫ imediate ante habebat cū merito hyemis incipiat fortificari ergo cū imediate ante talem haberet ꝓpoꝛtionē ꝙ sufficeret ad augmentū faciendū sequitur ꝙ imediate post poterit ideꝫ

Sꝫ facere. imediate post erit ꝯsistens ergo in cōsistentia possit fieri verū augmētū. ¶ Ex eodē seqf qnto ꝙ nō generaliter q crescūt haberēt plurimū inatū calorē nec difficiliꝰ tollerarēt cibi abstinētiā ꝙꝫ nō crescētes ꝯtra ypo. aphoꝛismo. 14°. precedēti. Et pbaf ꝯsequentia qꝛ in isto casu immediate post hoc in dato hoīe caloꝛ inatus erit multus respectu eius ꝙ imediate ante fuit cū imediate post hoc erit in hyeme caloꝛ nālis multus respectu autūpni ꝛ homines plurimo indigent nutrimēto vt dicetur in affoꝛismo. ¶ 3°. principaliter arguitur sic in hyeme frigus aeris nō calefacit nec ab itrinseco calefit spūs saltim ergo spūs nō sunt calidiores in hyeme ergo nec homo cuꝫ maxime merito spūuꝫ sit homo calidꝰ nāliter. Assumptū pꝫ quia nihil agit in se nec vnū contrariū agit qualitatem sibi cōtrariā. ¶ 4° quilꝫ humoꝛ in hyeme est frigidioꝛ ergo ꝛ homo ꝯsequentia tenet. Assumptū pꝫ qꝛ sūt grossioꝛes ꝛ magis coagulati ergo frigidiores: assumptū qꝛ hac sola causa difficilius farmaco educūtur ꝛ flobotomia vt habetur videri quarta primi. ¶ In oppositū est ypo. in affoꝛismo.

¶ In ista questione erūt duo articuli. In primo determinabif pncipale ꝓpositū. In 2°. videbitur vtrū p hyemis aduentū in pncipio senectutis vel consistentie possit in aliqua illaꝝ etatū fieri veruꝫ augmentū. ¶ Quātū ad primū notādū ꝙ corpoꝛum humanoꝝ quedā sunt foꝛtis caloꝛis ꝛ robusta quedā debilis caloꝛis ꝛ imbecilla. Siue hoc sit merito cōplexionis vt flegmatici siue merito etatꝭ vt senes valde siue a causa alterius accidentis vt precedētis dissolutionis: aut febris aut nimie macieï. ¶ Nō 2° ꝙ hec tpa. s. ver estas autūpnus ꝛ hyems quandoqꝫ seruant ꝓpriā nām qñqꝫ nō vt si estas erit frigida aut nimis rabide calida ꝛ ita e contra de hyeme. ꝛ in ꝓposito intelligatur de istis temporibus suā nām seruantibus. ¶ Nō. 3° ꝙ p ꝯtrarij iuxta positionē qñqꝫ aliud cōtrariū fortificatur vt experientia docet. ꝛ notat ꝙ vapoꝛ ascendens in aere tēpore estatis conuertif ꝛ fit glacies cū fit grando. qui tamē vapor cū medium nō est vehementer calidꝫ nō ita iglaciē ꝯuertif sed fit pluuia. hoc idē videmꝰ qꝛ aque putcales sunt estate frigidioꝛes. hyeme vō calidiores ꝛ tñ fortificationē dicit Aristotiles fieri p antipistasim. i. ꝯtrarij iuxta pōnē. ¶ Nōndum. 4° ꝙ hec ꝯtrarij fortificatio duobꝰ modis ꝯtingit. vnꝰ est cōtrariū circundatū a cōtrario vndiqꝫ ab illo fugiens ꝑm omnes suas ptes petit centruꝫ ꝛ ita vniuntur sue ptes ꝛ ita vnaqueqꝫ ab alia recipit maius iuuamentum alijs pibꝰ ꝙꝫ ꝑus. Et h mō dicif ꝙ virtus vnita est forcioꝛ seipsa dispersa. hec autē fortificatio fit a nā taliuꝫ corpoꝝ que refugiunt iuxta posito cōtrario talis autē nā maxime in corpoꝛibus vaporosis inuenif. Nā ferruꝫ ꝛ lapides aut talia nō videntur hanc habere virtutē. Sed vapores ꝛ venti videnf ꝛ res vaporose subtiles ꝛ hoc ē magis in libro metheoꝛoꝝ videndum. ¶ Secundus modus fortitudinis ē qꝛ nō soluꝫ ptes magis vniūtur sed quali

tas cõtraria qualitati circũdãti fortius intendat̃ q̃ si cõtrariũ nõ approximaret. ⁊ tũc illud in reb⁹ difformibus facilẽ habet causam. q2 partes min⁹ intense partib⁹ intensioribus appropinquãtur ⁊ ab eis assimulantur ⁊ intendũtur ita q̄ totũ redditur intensius q̃ prius esset. Sed supposito vapore vniformi frigido videt̃ quõ p antipistasim itendatur nõ est tã facile. ¶ Quidam tamẽ imaginantur hunc mõz q̄ qualitates p̄me agũt sibi similes qualitates p spẽs spũales que sunt alie a qualitatibus p̄mis sicut lumẽ a luce habent tñ virtutem generandi similes illis a qbus deciduñt. ¶ Jmaginãtur. 2°. q̄ quẽadmodũ spẽs visibilis reflectit̃ a speculo denso ⁊ opacoꝛ ita spẽs caliditatis ⁊ frigiditatis ⁊ aliaꝝ qualitatũ reflectũtur a corpore cõtrario q̃litate forti iformato. Et iõ ille spẽs sup̄ subm suũ reflere talia corpora itẽdũt. ¶ Quidã vero dicunt nõ ꝯtraria oia hoc mõ per ꝯtrarij iuxta põnẽ vel circõpõnẽ esse apta fortificari in sua q̃litate qua sunt a dominio iformata verbigra. aqua calida p iuxta põnẽ vel circõpõnẽ ꝯtrarij siue fort̃ siue debilis nõ calefieret sz potius ifrigidaret̃ nisi forte ꝑpter ꝓhibitionẽ exitus calidi ⁊ vaporis ⁊ fumi sed illa que sunt apta nãliter esse sub intẽsiori gradu talis qualitatis q̃nq3 p ꝯtrarij circõpõnẽ intendũtur vt vapor q ẽ subaliter aqua. qũ adhuc ẽ sub forma vaporis frigidi ẽ tamẽ apt⁹ sub intensiori frigiditate eẽ. talia ergo habent in se p̄ncipiũ intrinsecũ reductiuũ ad maiorẽ intensionẽ. Et iõ cũ partes p antipistasim magis vniũtur ⁊ vicinãtur põt totũ vna parte aliã iuuãte reduci citi⁹ ad pristinã nãm ⁊ intendi. ¶ Quidã võ dicũt nõ ꝯtigere p solã antiparistasim fieri talẽ intensionẽ in vniformi nisi alio agente cõcurrẽte. ⁊ tũc ẜm mõs dictos p3 nõ repugnare imaginatiõi calorẽ spũs hoĩs tempore hyemis p antipistasim intendi. ⁊ sic etiã mẽbroꝝ ⁊ hũoꝝ calidorũ quod vtrũ sit verũ videbit̃ in ꝯclonibus ¶ Nõ. qnto q̄ aliud ẽ vnũ hoiem esse alio calidiorẽ absolute. ⁊ eẽ calidiorem ẜm nãm. nã a'd eẽ calidi⁹ absolute ẽ ipsuz intẽsius calidũ denominari p qualitatẽ q̃ ẽ caliditas. Esse autẽ calidi⁹ secũdũ nãm vel nãliter ẽ esse ita in caliditate ⁊ corporib⁹ calidis dispositũ vt merito illorũ sit forti⁹ nãliũ opationũ ꝯpletiuũ siue hoc sit merito gradus caloris siue merito multitudinis sanguinis ⁊ spũum licet gradus esset remissior.

¶ Ultimo nõ q̄ tpe hyemis q2 aer est frigidus cutis cõdensat̃ que aeri occurrit ⁊ pori claudunt̃ ⁊ spũs q ẽ calid⁹ petit interiora. vt dicit gal. in cõmẽto pp q̃ oia ꝓhibet̃ sanguinis ⁊ spũum dissolutio ⁊ cibi q sumũtur circa stomacũ maiori exñte quãtitate caloris naturalis fit digestio melioꝛ ⁊ in epate amplioꝛ sanguinis quantitas ⁊ in corde spũum generatio. Et iõ cõiter accidit oium virtutũ naturaliũ fortificatio saltẽ respectu ei⁹ qd est intendẽs act⁹ nãles exercere cũ spũs sit ad ista opa p̄ncipale anime instrumẽtũ vel saltẽ multũ adiuuãs. Et hoc itelligat̃ eẽ veꝝ in corporibus robustis ⁊ fort̃ caloris ⁊ debite rectis ⁊ tẽporib⁹ suã nãm seruantibus. ¶ Tũc sit prima ꝯclo stãte debito regimine ꝯseruatio sanitatis alijs pibus. corpora sunt frigidiora absolute tã int⁹ q̃ extra tã quo ad hũores q̃ quo ad mẽbra in hyeme q̃ in estate. ¶ Probat̃ colera rubea i corpore hũano ẽ frigidioꝛ i hyeme q̃ in estate alijs paribus. g̃ omnes alij humores ⁊ oia alia mẽbra tenet ꝯña q2 colera ẽ alijs hũorib⁹ calidior vt p3 ex ei⁹ diffinitione ergo si p aliquem modũ deberet p antipistasim alius humor intẽdi ipsa intẽderet̃ ꝯña p3 ꝯsiderãti modos. Sz p̄mu3 arm. ꝓbat̃ ex mẽte auic. 2ª p̄mi doctrina. 2ª ca° 6°. vbi ad litterã vult q̄ in hyeme colera maxime repmitur tẽporis frigiditate ⁊ noctiũ longitudine ⁊ diei puitate sz depmi p ista nõ ẽ nisi i calore remitti ergo ⁊c. ¶ Cõfirmat̃ q2 adueniẽte vere sanguis eliquat̃ a calitate aeris ergo calefit. Et p ꝯñs calidior ẽ q̃ in hyeme cũ ẽ coagulatus quodãmodo. ¶ 2° ꝯfirmat̃ q2 in estate omnia signa appent itensioris caloris vt dicit̃ in vno argumẽto. ¶ 2ª. ꝯclo corpora hũana robusta hyeme suã seruãte nãm ⁊ debite recta alijs pib⁹ sunt calidissima ẜm nãm. ꝓbat̃ talia fortiores ⁊ velociores exercent act⁹ nãles vt plurimũ ergo sunt calidiora ẜm nãm. ¶ Cõsequẽtia nõ ex 4° nõbili. assũptũ ẽ gali in cõmẽto. ⁊ p3 vt ipse dicit ad sensum. ¶ Ex istis duabus cõclonib⁹ sequtur aliquas operationes que a calido fiũt multo tñ fieri veloci⁹ a certo calido remissiori q̃ intensiori verbigra. digestio fit velocior in sano remisse calido q̃ in febriente acute. Jtẽ vẽtositatis dissolutio ⁊ sanguinis ex cibo generatio.

¶ Seqtur. 2° q̄ caloris in corpore nostro intẽsio ẽ multotiens p accñs cã generatiõis frigidoꝝ. nã nimia itensa calitate epatis ita vt sit preternãz cõtingit q̃nq3 chilũ a stomaco veniẽtẽ nõ digeri nisi modicũ ⁊ residuũ eliquari ⁊ diuidi ita vt inde mt̃ta aquositas generetur vt in ydrope est videre ⁊ e cõtra calitate remissa ⁊ ad nãm redacta nõ generabitur. ¶ 3ª ꝯclo licet calidiora sint corpa robusta nãlr hyeme q̃ vere. nõ tñ absolute oia talia melt⁹ sunt dicẽda eẽ disposita. p̄ma pars ẽ ꝯclo p̄cedẽs 2ª ꝓbat̃ q2 ver ẽ tẽpus sanissimũ sed in sanissimo melius disponũtur corpora ergo. ¶ Cõfirmatur q2 in meliori tẽpore corpora saltẽ tẽperata se dẽbẽt melius habere. Sz ver ẽ melt⁹ tẽpus vt. 2ª p̄mi doctrina. 2ª ca°. sexto dũ dixit. Et ver qdẽ est melius tẽpus ⁊ ẽ ꝓportionale cõplõni spũs ⁊ sanguis.

¶ Cõtra in hyeme calor innat⁹ ẽ ãplioꝛ ergo virt⁹ fortioꝛ. Et p ꝯñs corpis dispõ melior. tenz ꝯña q2 ex augmẽto inati caloris nõ accidit nocumẽtũ neq3 virtutis diminutio ergo accidit augmentatio cũ aliquo mõ variet̃. Sz fortitudo virtutis inseqtur tẽperamẽtũ ergo ex augmẽto inati caloris fit corpus tẽperatius g̃ in hyeme ẽ melius dispositũ ⁊ q̄ ex augmẽto inati caloris nõ accit nocum̃ aut dbilitas p3. 2ª p̄mi doctrina. 3ª sũma de pulsib⁹ ca° octauo vbi ad litterã dixit. Et neq3 estimes q̄ si caloꝛ inat⁹ fuerit fortis q̃tũcũq3 minuat ex virtute imo ex ea ꝓuenit in suba spũs fortitudo ⁊ in aiaz audacia. ¶ Hic dicit̃ q̄ fortitudo vtutis dr̃ duob⁹

modis.vno mō dicit̄ virt⁹ vna fortior alia q̄r aptior
ē opationes ꝓ ducere ꝓportionatas intensioni aie
vel nature ⁊ ista fortitudo in seq̄t tēperamētū.
¶ 2° mō dicit̄ virtus fortis q̄r sine ꝑternāli nocu-
mento opationū opationes a nā intentas est apta
facere itensiores.quō dicit̄ sepe a gal.digestiuam
fortificari caliditate ⁊ hūiditate nāli.iō dicim⁹ i hye
me virtutē eē fortiorez hoc mō.2° Et hoc mō dixit
auic.loco allegato q̄ nō minuit ex virtute calor in
nat⁹.mō aūt p̄mo minuit pȝ cū addat in audacia
q̄ nō ē ita ꝓportionalis forme hois sicut fortitudo
vel mediocritas.¶ Quātū ad.2ᵐ articulū p̄mittē
dū p̄mo q̄ per puericiā ⁊ ɔsistētiā ⁊ senectutē itel
ligatis vt fuit scriptū in q̄ōne de tollerātia ieiunij
senū.¶ Supponēdū.2° q̄ corpore debite recto ⁊
ɔductis cāis ꝑternālr̄ iprēmētib⁹ ɔtinue l' q̄i ɔtiᵉ i
pueritia fit verū augmētū pȝ ex auic.prima primi
ca° de etatib⁹.vbi ad litterā puer nāq̄ȝ augeri non
cessat. sȝ crescēdo gradit̄. Si ergo nō cessat seq̄t
q̄ cōtinue auget̄.¶ Premittēdo.3° q̄ ad hoc dica
tur fieri verū augmētū.reqrit̄ q̄ fȝ mēbra spmati
ca fiat maior restauratio q̄̄ dissolutio cū ꝓportio-
nali eorūdē quo ad humidū ꝑexñs extensionē fm
q̄̄libȝ dyametrū.nā cū nō fiat augmētū p solā iux
ta pōnē sȝ p int⁹ susceptionē pȝ q̄ si debet corpus
crescere fm omnē dimēsionē ex oportunū preexñs
hūidū extēdi.sȝ hoc vide meli⁹ p̄mo de generatio
ne ⁊ p̄ma p̄mi doctrina sexta.¶ Premittēdū.4°
cuilibet gradu cōplonalis caloris diuersam corre-
spōdere limitatā extēsionē totalis humidi sui cor-
poris fm varietatē quantitatis humidi ⁊ complo
nis eiusdē.Nā cū calor nālis nō itēdat corp⁹ au-
gere in infinitū vt.2° de aīa sȝ certū itēdat termi-
nū pȝ q̄ limitata est talis mēsura respectu cuiuslȝ
totalis hūidi a calido itenta.pȝ.2° q̄ q̄r diuerse sūt
hominū quātitates nāles tā fm ɔplonē q̄̄ fȝ hūi
di quātitatē q̄ diuersi sunt huius extēsionū termi
ni a nā itēti fm diuersitates dictas.Supponēduȝ
qnto cuilibet hūido mēbrali hois corñdere limi
tatā extēsionē sub qua pōt eē nāliter ⁊ supra q̄̄ si
extēderet̄ esset sibi violenta.Ex hoc pȝ q̄ cū ad ta
lē extēsionē deuenerit multo amplius vlteriori ex
tensioni resistit q̄̄ ante extensioni resistebat al-
teri.¶ Ex quo seq̄tur.2° nō eē inɔueniens p ɔti-
nuā paulatinā hūidi extēsionē calore remanente
eque forti subito depdi certā ꝓportionē ad hūidū
extēdēdum.¶ Sexto supponit̄ q̄ cū humidum p
uenit ad tātā extēsionē q̄ vlteriorē pati nō pōt q̄
nō ex qualibȝ exsiccatione ɔtrahit̄ imo certā tolle
rat exsiccationē.hoc pȝ manifeste in rebus exterio
ribus.Et aliter stati post adolescentiā.sequeretur
diminutio cū hūidū ɔtinue ꝓcedat exsiccādo.
¶ Vltimo p̄mittit̄ q̄ quēadmodū ad verū augmē
tū requiritur ⁊ plus quantitatiue restaurari quā
deperdat̄ ⁊ hūidū ꝑexñs extēdi.ita e ɔtra ad verā
diminutionē reqrit̄ q̄ min⁹ restauret̄ fm mēbra sp
matica q̄̄ dissoluat̄.⁊ q̄ remanēs hūidū ɔtrahat̄
ꝓportionaliter fm oēm dimēsionē.Ista pȝ eo mo
tiuo quo dicim⁹ de augmēto.Ex quo pȝ eē possibi
le in ɔsistentia q̄nq̄ȝ pl⁹ restaurare q̄̄ dissoluatur
q̄nq̄ȝ min⁹ licet in ea nec fiat verū augmētum nec
vera diminutio cū nec ꝑexñs hūidū extendat̄ qd
reqritur ad augmētū verū.nec remanēs ɔtrahat̄
quod reqrit̄ ad diminutionē verā.¶ Hijs habitis
ista sit p̄ma ɔ̄clo.corpore ɔueniēter recto deductis
causis ꝑternāliter imprimētibus p totā adolescē
tiam in quocunq̄ȝ fuerit anni tēpore est restaura-
tio spmaticorū maior dissolutione.pȝ q̄r est verum
augmētuȝ ergo maior restauratio dissolutiōe.Ex
quo pȝ tā in autūno q̄̄ in estate fieri restauratio-
nē maiorē dissolutione corpore in adolescentia cō
stituto saltem quo ad spermatica membra.¶ Se
quitur.2° impossibile esse in pueritia corpore exi-
stente nāliter disposito fieri verā diminutionem.
¶ 3° seq̄tur p caliditatem estatis plus ꝓportiona-
biliter respectu dissolutionis remitti restauratiuā
carniformiū q̄̄ spermaticorū pȝ quia in estate na
turaliter multi pueri demacrescunt. ¶ Secun-
da conclusio impossibile est in senectute fieri verū
augmentum vel in consistentia naturaliter.Pro
batur quia si est consistentia ergo corpus proue-
nit ad augmenti finem.ergo membra spermatica
habent terminum quantitatis quem intendit ca-
lor in illo humido. ergo calor non intendit vlte
rius extendere.⁊ nihil est ipsum violentans ergo
non amplius extenditur.Et per consequens non
fit verum augmentum. ¶ Tertia conclusio im
possibile est per causas mere naturaliter imprimē
tes fieri in consistentia veram diminutionē.Pro
batur quia non fit vera diminutio. nisi humido
exsiccato ita vt ɔtrahat̄ ꝓportionabiliter in suis
dimensionibus omnibus quo ad mēbra spermati
ca.Sȝ tāta siccitas nō accidit nisi in senectute er
go minor patȝ q̄r per exsiccationē vsq̄ȝ ad graduȝ
siccitatis senectutis stat humidū nō ɔtractū ergo
per nullā tātum contraheretur.¶ 4° conclusio im
possibile est esse senez p tēpus in quo nō fiat dimi
nutio.Nā p nullū adiutoriū pōt ita fortificari vt
plus fm spmaticorū subam restauretur q̄̄ dissolua
tur vel suorū spmaticorū cōtractio impediatur.Ali
ter eni nō eēt senex cū illo mō disponeret̄.Ex quo
seq̄t in quolȝ anni tpe quo ad spermatica in sene
ɔtinue maiorē fieri dissolutionē restauratione.
¶ Sequitur scd̄o q̄ licet in tempore hyemis in
aliquo sene fiat maior restauratio q̄̄ dissolutō hoc
tñ nō erit quo ad mēbra spmatica sȝ carniformia
solū.Seq̄tur.3° in vero ɔsistēte ɔtigere quo ad sp
matica minorē fieri dissolutionē restauratione vt
pȝ.si quis incipiat esse senes in principio hyemis
cum icipit calor fortificari.¶ Sequitur.4° nō re
spectu cuiuslibet mēbri necessario fortiorē esse nu
tritiuam tempore hyemis q̄̄ fuerit in estate prece
dente.Stat enim plus vt in spermatico debilitatā
eē nutritiuā ex ꝓcessu etatis q̄̄ ex hyeme fortifica
tā etiā i robusto corpore ex tpib⁹ suā ꝯuātib⁹ nāȝ.
¶ Quinta ɔ̄clo ⁊ si fortior sit carnificatio hyeme
q̄̄ ꝓcedēte estate i corpib⁹ robustis ⁊ tpib⁹ suā nāȝ
seruantibus non tamen oportet melius carnis

humidū aut ꝓ oponib⁹ aut ꝓ vita restaurari q̄ȝ in estate. Pria ps pȝ q² calor ē fortior nālis vt patȝ ex gal. in cōmento. 2ª pars patet vbi in estate fuerit cōsistēs ⁊ in hyeme sit senex. Et aūt calor fortior. nō q² melius humidū possit restaurare. ſȝ ad sensum supra positum. ¶ Nō tñ hēo ꝓ incōueniēti melí⁹ tā ꝓ vita q̄ȝ ꝓ opōnib⁹ restaurari hūidū q̄ȝ fuerit dissolutū vt dixi pma pᷓmi. ¶ Ad argumēta pncipalia. Ad pᷓmū negaṫ assuᵐ. Cōcedo eñi ꝙ est calidi⁹ ⁊ ꝙ ñ ē calꝫ nisi nālr. ⁊ nego ꝙ ē calidi⁹ ⁊ rō nālr pȝ i logica. Ad 2ᵐ cōceᵗ ꝯº ⁊ dᷣ ꝙ senex nō est frigidior iuuene nisi alijs pibus. modo nō sunt alia paria sed vnū est in hyeme. reliqū in estate. dico tñ ad argumenti māᵐ ꝙ senex i hieme nō est calidior q̄ȝ fuit in estate sed est calidior naturalit. ¶ Ad ꝯfirmationē ꝓceditur ꝙ stat aliquē nāliter dispositū ⁊ ꝯuenienter rectū regimie cōseruatiuo ⁊ q ꝯtinue regeṫ deducta dispōe pter nām incipe esse senem ⁊ incipere calefieri vt si vltimū instāt cōsistētie sit initiū estatis aut hora incboandi exercitiū. sed hoc mō dicim⁹ continue diminui caliditatē p⁹ cōsistentiā q² corp⁹ ꝯtinue est remissius calm postq̄ȝ si in alijs parib⁹ esset consistēs. ⁊ ita est in ꝓposito ¶ Ad cōfirmationē tertiam negaṫ ꝯña. ⁊ admisso cāu dico ꝙ si incipit esse senex imediate post hoc minus quo ad spmatica mēbra restaurabit q̄ȝ dissolueṫ. Et cū dᷣ plus restaurabit q̄ȝ faciebat imediate añ pōt concedi. ſȝ dᷣ ꝙ in autūno nō tatū restaurabat q̄ȝtū dissoluebatur licet esset cōsistens. ¶ Ad 4ᵐ nego ꝯñam. ⁊ admisso cāu dico ꝙ imediate post hoc nō augebitur. ⁊ cōcedo ꝙ plus restaurabit ét quo ad spermatica q̄ȝ dissolueṫ ⁊ tñ nō augebitur vt est dictuȝ in qōe secūdi articuli. Et ꝓportionalr respōdeaṫ ad alias cōfirmatiōes eiusdē argumēti. ¶ Ad 5ᵐ dᷣ q q crescūt hēnt inatū calorē ⁊ pᷓlmo indigent nutrimēto alijs parib⁹ q̄ non sit in illa cōpatione cum ponaṫ adolescēs in autūno cōsistēs i hyeme ¶ Ad tertiū pncipale argumentū ⁊ 4ᵐ. cōcediṫ illud qᷓ concludūt ꝙ in hyeme corpa sunt frigidiora ⁊ eoꝝ humores. ⁊ pȝ in primo articulo tamē sunt calidiora ſm naturam.

## ¶ Tempora anni.

¶ Galie. in hoc cōmento. pᵒ ponit vtilitatē cū gnāli snia affōi. 2º spāliter expo nit. 2ª ibi. Neq̄ȝ calorē dixit. dicit pᷓmo ꝙ tēpora anni quo ad eas dispōnes quas faciunt in corpibus hoīuȝ dant magnū adiutoriū i ordine cibi ꝙ patet. Nam hyems facit esse opportunā cibi materis opōnem ⁊ appetitū ⁊ facit esse minorē egōȝ sicut manet in sequētib⁹ ⁊ in estate est cōtrariuȝ. Hoc ḡ est ꝙ ipo. bene diffiniuit. i. declarauit cū dixit ꝙ vere ⁊ hyeme vētres sī calidissimi nā ⁊ somni lōgissimi. ⁊ cām assignauit q² calor inatus est multus ⁊ iō multo indigēt nutrimento ¶ Nota ḡ ꝙ egō paucificaṫ in hyeme rᵘ. assumptoꝝ q² plurima ps conuertiṫ in sanguinem. licet alie cause cōcurrāt vidende 2ª pmi 2ª doctrina cap. 6º. ¶ Neq̄ȝ calorem. ¶ Comentū spāliter. ⁊ diuidiṫ i duas Primo vificat ea q̄ dicta sunt de hyeme. 2º ꝓpe finem cōmenti verificat de vere. ibi 2ª. Ypoc. non ita. ¶ Prima in tres. primo expōit pticulas affōi. 2º ponit vnā condictionē reqsitā ad verificationē affōi remouendū vnum dubiū. 3º aṫ. ꝯtra sniam eius ⁊ soluit. ⁊ª ibi. Sed hoc nō vlr. 3ª ibi. Quibus i tpib⁹ ¶ In pria pte dic. 5. primo ꝙ ypo. nō dixit hic absolute in hyeme plurimū esse calorem. sed cū determinatōe q² apposuit inatū. i. nālēȝ. ⁊ ita hētur expō caloris inati ⁊ intellectus prime ꝓpōnis affōi ⁊ talis caloris nām ypo. alibi dixit.

¶ Secundū dictū est ꝙ huiusmōi dicti cā q̄ȝtum ad hyemē alibi ab ypo. ē dicta. Nā dicit ꝙ in hieme calor nālis petit interiora corpis ⁊ iō fortificatur ꝯtrariū fugiēdo sed in estate moueṫ extra ad suū simile ⁊ ita in corpe minoraṫ ⁊ dissoluitut.

¶ Tertiū est ꝙ in hyeme multū digeriṫ iō mult⁹ cibus est neccius. ¶ Dicit 4º ꝙ somni sunt longissimi pp noctis longitudinē ⁊ bonū est ppendere somni vtilitatē q² ad digōnem iuuat. dicit 5º ꝙ etates ⁊ atlbete qui ponūṫ in fine affōi ponūṫ ad declarandū ꝙ vbi ē multus calor inat⁹ ibi idige⁹ multo cibo sicut i pueris ⁊ attletis. Et hec oia sī in affōi expōne. ¶ Sed hic nō vlr. ¶ Facit qᷓ dictū est. primo. 2º ex illo verificat ꝯnem affōi ibi.

¶ Cū ḡ humana. In pria pte dicit. 4. primū est dubij remotiuū ꝙ istud. s. plimo indigere nutrimēto in hyeme nō est vex. i oibus aīalibus imo sī excipiēda aīalia frie nē in hieme i cauernis accūbentia q² istis si multū cibi dareṫ nō digerēt ¶ Dicit 2º ꝙ hoc idem patiūtur hōies debilis nē cū lauāṫ frigida aqua iō q² infrigidātur ⁊ debilitātur. ⁊ iō isti ét in hyeme debilitātur ⁊ iō nō indigēt multo Tertio dicit ꝙ hōines fortes cum lauāṫ i frigida aqua. primo calor eorum trahitur ad interiora ⁊ postea fortificaṫ ita ꝙ sunt tādem āplioris caloris nāli calore redeunte ad iuteriora. Et ex hoc habemus cōdictionē requisitā ad affōi verificationem q² requiriṫ hōines tales esse robustos vt dixi i expōne affōi ¶ Dicit 4º q aīalia frigide nature superātur a frigiditate aeris hyemis vt qnq̄ȝ inueniātur accūbātia in cauernis insensibilia ⁊ qi mortua ⁊ multa ét eoꝝ peunt. Sed aīalia calida multū sanguinē habentia patiūtur ex hyeme illud qᷓ hōines robusti cū frigida lauātur aqua i quibus calor petit iteriora. ⁊ licet a pncipio videāṫ ifrigidari nō tñ debē⁹ dicere aquā penetrare itus ſȝ poti⁹ it⁹ ingrediunṫ calor ⁊ san. q sī cā mltitudis cāis ¶ Ubi no. pᵒ in istis aīalib⁹ tpe estatis nāliter mltiplicari flegmata ⁊ crudos hūores q in hyeme tenent locū cibi ⁊ ꝓpter tpis frigiditatē eoꝝ vaporatio nō dissoluiṫ. ⁊ iō dormiūt tota hyeme ⁊ nutriūtur dictis humiditatib⁹. ¶ No. 2º hoies frigidos nō ita posse stare sine cibo q² subtiliū sunt humoꝝ q̄ȝ dicta aīalia in cauernis accūbantia ¶ Cū ḡ humana ¶ Modo ex dictis verificat affōm dicēs ꝙ cum hominis corpus consistat ex spermate ⁊ sanguine menstruo ⁊ spiritu vt ostensum est i libro ᷣ spermate in quo est dictū spma esse subalē cāȝ mēbroꝝ ⁊ ꝙ ex ipso corp⁹ augmentaṫ ⁊ nutritur ma

nifestū est q̄ melior fiet digestio si sanguis ⁊ spūs aggregent̄ i interiorib⁹ in qbus debet maxie fieri digō. Et iō ypo. in isto affō non solū testat̄ q̄ melior fiat digestio sed profitetur in hijs corporibus hac causa multum cibum esse dandum.

¶ Circa partem ergo no. q̄ sperma quo ad partē eius corpulentam fit ex sanguine iā aliquo modo appriato nature spermaticoꝝ vt hēt videri i 8ᵒ 3ⁱⁱ. Et iō sanguis isto mō appriatus pōt dici quodaꝫ mō sperma saltem i ppinqua potentia. De tali ḡ vult gal. q̄ ex ipso corpus nutrit̄ ⁊ augetur. ⁊ hoc nō hēt dubiū. ¶ Utrū aūt corpulenta pars spmat̄ māliter cōcurrat ad fetus gnātionem. est qō pro vtraqꝫ parte pbabilis in qua tꝫ gal. partē affirmatiuā. ¶ Quibus in tpibus. ¶ Hic arguit cōtra dicta ⁊ diditur in. 4. nam primo arguit cōtra dicta p̄cipue contra hoc q̄ in hyeme sit plus dandū d̄ cibo. 2ᵒ verificat dictū ypo. p sensum ⁊ cām. 3ᵒ ostēdit aliq̄ꝫ v̄itatem cōtineri in facto arguᵒ. 4ᵒ cōplete soluit rōem. 2ᵃ ibi. Unde ex ipso. 3ᵃ ibi. in quibus nō solum. 4ᵃ ibi ¶ Perpēdis ne. In pria parte intendit talē rōem. in dictis tpibus nō est dandum multū cibi si dissolutio sit pauca qꝛ cibus ē neccius ad dissoluta restauranda. sed supple in istis tpibus dissolutio ē pauca rⁿ estatis. ḡ nō in istis tpib⁹ est modicus cibus dandus ⁊ nō multus. huius rōis nō ponit nisi maiorē cū pbatione sua. ¶ Unde ex ipso. docet ex sensu ⁊ cā v̄uꝫ esse dictū ypo. di. q̄ ex ipso sensu ꝯprehēdit̄ ypo. dicere veꝝ. qꝛ in istis tēporibus nō solum si male digerat̄ vt in qbusdam debilibus cōtingit sed ēt si paꝝ comedat̄ corpora infrigidant̄ ⁊ maxime ipediūt̄ in suis opōnibus ⁊ si multū cibi detur vltra mōꝫ nō patiunt̄ illud q̄ in alijs tpibus. ¶ Ubi no. q̄ sensus ondit parū cōcedētes hyeme ifrigidari ⁊ ipediri. ⁊ ex hoc p rōnē cōcludit̄ q̄ debēt multū comedere corpora in hyeme nō tantū ad restaurandū dissoluta sed ad multū sanguinē ⁊ spm gnāndū ⁊ carnem p quos resistat̄ fritati hyemis. ⁊ iō nō oꝫ q̄ si minus dissoluitur minus de cibo det̄. ¶ No. 2ᵒ q̄ si in hyeme cibus detur vltra mōꝫ ita q̄ ēt plus sanguis generet̄ q̄ꝫ est opportunū tamē non est talis lesio sicut ex silī vel pportionali cibi exhibitione in alio tpe Nam prio illi pter virtutē nō esse ita fortē non ita bene digerūt ⁊ peiores humores gnānt̄. 2ᵒ ēt tales hūores geniti nō ita facile mouent̄ ad putredinē pter v̄tutem esse fortiorē ⁊ minorem esse caliditatē accidentalē. ¶ In quibus nō solū. ¶ Ostēdit argumentationē factā habere aliquid caloris di. q̄ in istis dictis q̄ sunt vera non solū a quibusdā redargunt̄ ypo. sed refellunt̄ oēs idem facientes. Et rō est qꝛ nullus ē q nō fateatur corp⁹ animale. i. aialis dissolui. ⁊ si in cōprehēsibiliter aput sensum saltē intellectu hoc cognoscit̄. Et q̄ hoc fit veꝝ ondit neccitas reficiēdi que est. s. in qualiꝫ temporē. nam si aial cōtinue in codē statu permaneret ⁊ nō dissolueret̄ nō sibi neccius esset cibus saltē quolibet tpe. Et ex hoc videt̄ veꝝ esse q̄ cib⁹ neccius ad dissoluta restauranda. qō erat assumptum i arguᵒ. Ubi no. q̄ si quis coniungat dicta istius partis cum dictis ptis p̄cedent̄. pꝫ soluᵒ argumenti. Nam i p̄cedente parte ostendit̄ vtilitas multi cibi in hyeme ad resistendum frigiditati. lꝫ nō sit tunc multa dissolutio. ⁊ in ista parte dicitur q̄ tamen sine dissolutione cibus nō fuisset neccius saltem in qualibet etate pfecta. cum tunc nō esset p augmento neccius. Et iō argᵐ ē. nō valet. cib⁹ nō est neccius nisi ad dissoluta restauranda i quolibet tpe anni ⁊ i qualibet etate. ḡ qn̄ min⁹ dissoluitur minus est dandum qꝛ stat nō dari pter neccitatē sed vt fit melius. ¶ Et hinc est q̄ gali. hoc mō interrogatiē cōtra oppoᵐ insurgit in ptē sequētē.

¶ Perpēdis ne. ¶ Hic ponit gal. integrā solutōꝫ ⁊ facit quatuor. primo narrat opōnes nālis caloris multas. 2ᵒ addit vnā ꝯdictionē ex pte tēporū requisitā ad affōm v̄ificandū. 3ᵒ tangit cām quar̄ multus est neccius cibus in hyeme. ex qua patet māifeste argumenti solutio. 4ᵒ adaptat dicta ad affōm. ibi 2ᵃ Cursus ergo. ibi 3ᵃ Solus si q̄ꝫtitat̄ ibi 4ᵃ Que oia in isto affō. Dicit ḡ gal. in parte pri a. 5. primo qcūqꝫ sis impugnator ypo. Perpēdis ne ex dictis te nō esse dignū r̄nsione. Sꝫ tamē ego mediāte ypo. volo tibi r̄ndere. Dicit 2ᵒ q̄ qcquid cōstituit aial a p̄ncipio ⁊ cōplet augendo ⁊ regit nutriēdo fit tripliciter. i. in aliqua triū virtutum. s. generatiue: nutritiue ⁊ augmentatiue. quorum tn̄ oium vnum est p̄ncipiū quod est calor nālis existens gnāle instrūm ad omnē opōnem viuētis vt sit. Dicit 3ᵒ q̄ hic calor p̄cipue hyemalis. i. fortificatus pter hyemē vt dr̄ supra augmentat appetitū cōfortat digōem sanguinē auget in corpore ⁊ dissoluta supfluitate a corpore restaurat. Dicit 4ᵒ q̄ calor exterior nō tantū dissoluit supfluitates sed ēt rem nālem q̄ custodit corpus. Dicit 5ᵒ q̄ dissolutio q̄ a medicis vocat̄ occulta fit a solo calore naturali qui in solis aialibus inuenit̄. vt dictum est in libro nāliū virtutum. Et iste non solum facit appetitū cōuenibilē ⁊ digōeꝫ ⁊ assimilationē sꝫ ēt expellit cibi supfluitates Ex quo seq̄t̄ q̄ qn̄ calor nālis ē fortior dissolutio tertie digōnis . i. superfluitat̄ eius est occultior. Et iō Dyoforus dicit q̄ ois sudor est p̄ternaturā qꝛ si corpis curs⁹ . i. trāsmutationes fiunt i corpore ſm nām. ⁊ ipsa vincit cibū tūc ad cutem nō mandat̄ humiditas sensibiliter expellenda. ⁊ iō quando sudor accit i laboribus ⁊ nimijs exercitijs aut calore estiuo fit ex nature fatigationib⁹. i. debilitationib⁹ ¶ Ubi pᵒ nota q̄ gnātio ⁊ augumentatio ⁊ regimen fiunt per nāles opōnes. Et iō maxime per ministratas virtutes naturales complent̄ que sunt tres dicte quarum instrumentū in omni operatione est calō naturalis vt sumitur prima primi. pter secundū quod notum est sensu calorem hyemalē augmentare sanguinē. ¶ Sed vtrum fortificet appetitum videtur dubiū. Et similiter vtrū magis dissoluat estualis q̄ꝫ hyemalis. ergo imediate sequētibus dubitandum esse videtur vtrum in hyeme fiat maior dissolutio ⁊c̄.

D

Querit vtrum in hyeme fiat maior dissolutio: q et maior fames q̃ in estate. Negatiue arguit sic in hyeme fit minor sitis q̃ in estate. g̃ minor dissolutio: et minor fames: pbat quia seq̄tur: fit minor sitis: g̃ fit minor humidi roridi dissolutio cuꝫ sitis istam dissolutioneꝫ sequatur et vltra g̃ minor dissolutio etiam humidi substantifici: teneꝫ ꝯña. quia non vr̄ q̄re plus ꝓportionabiliter respectu estatis vnum reliquo magis citius dissoluatur. Et vltra sequit̄ minus de substātifico dissoluitur g̃ minor fit fames quia fames illam dissolutionem consequitur. ¶ 2° sic in estate membra sunt magis inanita et magis calida. g̃ fortius dissoluuntur. g̃ magis a stomaco trahunt: et ꝑ ꝯñs maior fit fames: tenet ꝯña: quia si sunt magis calida: g̃ a posteriori dissolutione: calido igitur intensiori exñte magis dissoluūtur: et vltra magis dissoluuntur: et plus ante dissolutionem sunt inanita. g̃ citius insurgit eorum appetitiua cum citius ad paucitatem cum qua appetitus excitatur deueniant et sic citius est fames. Et assm̄ primum est notuꝫ cum tactu sint calidiora: et visu macilentiora. 3° virtutes sunt debiliores in estate g̃ resolutio maior cum non nisi pp dissolutionē sit virtus debilis. Assm̄ pꝫ 2ª primi prima doctrina c° sexto: et summa de pulsibus. ca° de pulsibus tpx. ¶ 4° aīalia debilia in hyeme possunt stare sine cibo: et sine fame tota hyeme non estate. g̃ magis est estas famis augmētatiua q̃ hyemis. ¶ 5° calor in estate est intensior tam intus q̃ extra et magis naturaliuꝫ humiditatum dissolutiuus: et membra et humores magis dissolutiōi parati. g̃ maior fit saltim naturalium humiditatum dissolutio. ¶ In oppositum videtur esse gal. in commento. In q̄ōne ponam duos articulos. In primo videbo vtrū maior fiat dissolutio in hieme. In 2° vtrum maior fit fames. ¶ Quantum ad primum sciendum de hac q̄stione duos inueniri modos communes. primus supponit q hoc nomen resolutio sumitur multis modis. primo ꝓ corruptione vt 3ª huius commento. 13°. 2° ꝓ rarefactiōe vt tertia primi doctrina. 2ª c°. 3°. Tertio mō ꝓ sepatione supflui a iuuatiuo. 4° ꝓ oi generalr̄ ꝯuersiōe corpulenti in vaporem 5° ꝓ ꝯuersiōe corpulenti in vaporē insensibiliter expellēdū. ¶ Supponit 2° q resolutionū q̄dā sūt humidi corpulenti in vapores q̄dā sūt indicantes cibi oblationē cū potētia restaurādi vt q̄ fit a forti calido nāli q̄dā nō indicat restaurandi potentiaꝫ vt q̄ fit a calore preter nām. Tūc ista est pª ꝯ° resolutio ꝓ sepatione supfluitatꝫ a iuuatiuo fortior fit in hyeme: pbat hoc fit a calore nāli vt nālis sꝫ calor vt nālis est fortior in hyeme. g̃ et c. et ista sit 2ª ꝯ° resolutio hoc mō dicta solū fit ꝑ se a calore nāli ñ accñtali pꝫ quia accñtalis calor nō intēdit hāc sepationē et hocᵉ intelligat. 5m̄ dictū supra in ꝯmento q dissolutio q̄ oculta vocat a medicis fit a solo calore nāli nō accñtali pꝫ quia accñtalis calor nō intēdit hāc sepationē. 3ª ꝯ° sumēdo resolutionē gñaliter ꝓ qualibꝫ ꝯuersiōe rei corpulēte in vaporem maior fit resolutio cuiuscūqꝫ maneriei corpulēti i estate q̃ in hyeme. pbat q plura deducta ante oppositū. 4ª ꝯ° resolutio q̄ ē ꝯuersio in vaporē insensibilē et sepatio a iuuatiuo ē maior in hyeme: pbat: quia virtus nālis est fortior. g̃ sufficit magis supfluū separe et insensibilē vaporē ꝯuertere: pꝫ ēt ex alio: quia calor estatis resoluit in vaporē grossiorē et ꝑ ꝯñs sensibilē nō sic āt calor hyemis. 5ª ꝯ° resolutio cū possibilitate restauratiōis ē maior in hyeme pꝫ quia virtus ē fortior in hyeme. g̃ plus pōt restaurare de dissoluto. et si bñ ꝓspiciat̄ hec opinio ñ plus valet nisi q dissolutio ē maior in estate sꝫ possibilitas restaurādi est maior in hyeme. Sꝫ tūc restat adhuc sibi soluere argumentū in ꝯmēto factū ꝯ ypo. 2ª positio supponit q nō oꝫ calorē intensioreꝫ posse magis dissoluere vt supra i pª q̄ōne istius assōi. 2° supponit q q̃to calidū ē potētius ad resoluendū tāto ē eius resolutio magis occulta quia tanto magis subtiliat in equali tēpe. 3° premitit q corᵉ vniformiter et nālr̄ se habēte ꝫm totius habitudinē q̃ cito mēbra innaniunt tā cito fit fames et e ꝯ. ¶ Prima distinctio. q tā a calido intrinseco q̃ extrinseco triplex corpus ꝯtigit dissolui. Aut. n. dissoluit̄ spūs siue calor nālis aut humiditas nutrimētal̄ sub illa ꝯprehēdēdo supfluitates aut humidū mēbrale aiatū qd̄ ē humidū radicale. 2ª distinctio tribus modis ꝯtingit aliqd̄ corpꝰ fieri inanitū q̃ aū aut quia magis dissoluit̄ aut quia minus restaurat̄ aut ppvtraqꝫ exēpla satꝫ patet. Tūc ē pª ꝯ° calor nālis magis dissoluit̄ estate q̃ hyeme ista pꝫ ex ꝯmēto. 2ª ꝯ° humiditates manētes sb̄ forma nutrimēti fortius et magis dissoluit̄ estate q̃ hyeme: pbat quia cū calidū extrinsecū sit fortius i estate seq̄t q plus de tali humido trahat ad supficieꝫ et illud tractū magis dissoluit cū ipsū sit estatꝫ tpe magis dissolutiōi patū et pori sint ēt magis apti.

3ª ꝯ° plus disoluit̄ i corpe robusto debite recto d̄ radicali hūido tpe hyemis q̃ tpe estatꝫ tpibꝰ suam nām seruātibꝰ: pbat̄: quia citiꝰ talia tpe hyemis icurrūt: sꝫ q̃ cito icurrūt famē dissoluunt̄. g̃ citiꝰ dissoluunt̄ qꝰ ad radicale humidū. Cā āt q̄re h̄ dissoluᵒ ē maior ē quia calor nālis i multa q̃titate āplior radicali humido applicat̄ et vehemētiꝰ incētrat̄. et iō nō obstāte mēbrorum maiori caliditate intēsiue i estate tñ fortior fit radical̄ hūidi dissoluᵒ in hyeme. ꝯ hāc pōneꝫ argᵗ quia calor nāl̄ vt sic dissoluit supfluitatꝫ et accñtal̄ rē nālē. g̃ ex cremēto accñtal̄ caloris dꝫ magis cresere dissolutio rei nālis talis āt maxie est radicale hūidū g̃. 3° mēbra sūt ꝯtinue magis dissoluta i estate q̃ vnqꝫ i hyeme cū minorē hēant sāguis et carnis q̃titatē. g̃ ñ alū i hyeme pp dissolutionē attrahūt. seq̄t q i estate sp appetūt aut saltē sp trahūt. g̃ ñ citiꝰ merito tal̄ dissoᵘˢ icurrūt famē hyēe q̃ estate. ꝯ sepiꝰ sī cibāda corᵃ estate q̃ hyeme d̄bite regēdo sꝫ ñ sepiꝰ q̃ appetūt. g̃ sepiꝰ appetūt ꝯ i ill̄ locis maxie mltiplicat̄ spūs i hyēe i qbꝰ maxie ē aptꝰ ꝯfuat̄ et digō fieri et pluria eiꝰ q̃titas iuenit̄ sꝫ h̄ ē i corde et arterijs et venis g̃ i istꝫ maxᵉ fortifiᵗ sꝫ ñ nisi ꝯmixtū nuimētali hūiᵒ. g̃ maxie fortificat̄ ē nutrimētale hūidū. g̃ si huiꝰ merito fit aᵒˢ

dissoluto humidi substātifici multo fortius fiet aᵒʳ dissolutio hūidi nutrimētali. ¶ In soluēdo istā diffi cultatē vř mihi supponēdū ꝙ calor ē dissolutiuus humiditatū nāliū magis vt ē calor ꝑternāz vel ac cidētalis ꝙ̃ vt ē nālis vel ꝙ vt naturalis nō dicat dissolutiu⁹ nāliū humiditatū: hec suppō pz ex mō loq̄ndi. gal in cōmēto vbi dixit ꝙ calor exterior nō dissoluit tm̄ supfluitat̄ sz rē naturalē q̄ custodit cor pus innuēs ꝙ in hoc dr̄t a calore nāli. idē pz rōne q꞉ calor vt nālis intēdit istaꝝ nāliū humiditatū ꝑ manētiā. g̃ nō tm̄ appetit eaꝝ dissolutionē. ¶ Sup pono ꝯo. ꝙ mēbra ⁊ humores corpis sūt intensiue calidiores tpe estat̄ ꝙ̃ tpe hyemis. pz i ꝑma q̄one hui⁹ affōi ⁊ in ꝯa ꝯ°ne ꝑmi articuli videbis. ¶ Sup pono 3° ꝙ supfluitates 3ᵉ digōnis calor vt nālis dis soluit. pz q꞉ illas nālissimo mō vt nālis hz expelle re. Modus āt nālissimus ē ꝑ dissolutionē expel lere cū ꝑ poros cutis egredi debeāt. ¶ Suppono 4°. ꝙ calor nālis cū istas supfluitates dissoluit ma gis ꝓportionaliter eas dissoluit ꝙ̃ calefaciat pz q꞉ multū intēse hz eas dissoluere aut subtiliare vt in sensibiliter egrediant ⁊ nō multū intēse hz calefa cere. ¶ Preterea sicut calor nālis stōi mlto magis eliquat ꝓportionaliter ꝙ̃ calefaciat ita dz eē de ca lore in supfluitates agēte vt nāli. Ex hoc pz cā q̄r magis insensibiliter iste supfluitates egrediunt cū agit solus calor nālis. Nā agente accidētali. q꞉ il le calefacit ⁊ leuigat anteꝙ̃ ꝑ subtilitatē faciat in sensibiles vt est videre in aqua calefacta iō sēsibili ores a corpe egrediūtur calore accn̄tali agente.

¶ Ex hoc patet quare gal. dixit ante in cōmento huius affōi a solo calore naturali fieri dissolutiōez que vocat occulta a medicis. i. solus calor natura lis est ille merito cuius dissolutio multi corpulēti fit occulta. Nam tantū humidū ab accn̄tali calō dissoluendū a corpe sub forma grossioris vaporis educeret ꝙ̃ iā educat cū anteꝙ̃ ad tantā subtili tatē veniret fieret leue ⁊ exiret. non tm̄ volumus ꝙ nullo° aliqua possit fieri occulta dissolutio ab acci dentali calore. ¶ His habitis hec ē prima ꝯclusio Cuiuslbet naturalis hūiditatis corpis ꝯm spūm maior fit dissolutio in estate ꝙ̃ in hyeme alijs pari bus. pz q꞉ quelibet talis est ꝺ se magis apta dissol ui cū sit calidior ⁊ subtilior ⁊ calor estatis est earū magis dissolutiuus cū dissoluant a calore accn̄tli magis vt dixit vnuz suppositū ⁊ calor estatis ē ma gis accn̄talis ⁊ ē intensior ⁊ āplior: q꞉ in aere mul to ⁊ membris ⁊ humoribus. ¶ 2ᵃ ꝯ°. dissolutio sup fluitatis tertie digestiōis in tempore hyemis i cor pore robusto ꝯuenienter recto ⁊ tēporibus seruā tibus suam naturam est velocior ꝙ̃ tempore estat̄ pz q꞉ illa est velocior cuz calor agit vt naturalis. ⁊ hoc maxime est tempore hyemis. ¶ Tertia conclu sio cibi non dantur sibi pro restauratione superfl tatum tertie digestionis. sed pro restauratione hu miditatum naturalium: hoc patet: q꞉ tales sunt su perfluitates abiciende. ergo illaruz restaurationē non per se intendit natura. ¶ Correlarium nulla est dissolutio propter cuius maioritatez in hyeme ꝙ̃ in state dandus sit in hyeme amplior cibus q꞉ cibus propter nullam dissolutionem restaurandā est dandus amplior in hyeme ꝙ̃ in estate nisi pro pter dissolutionem nālium humiditatum: ⁊ talis non est amplior. ¶ Ultima conclusio. Cibus am plior est oportunus magis hyeme ꝙ̃ in estate pro batur q꞉ in hyeme oportet sanguinem ⁊ carnem augeri ad debitam corporis permanentiam. Sed non augentur nisi ex multa ⁊ ampliori commesti one. ergo oportet amplius in hyeme commedere ⁊ intelligatur conclusio in corporibus robustis ⁊ cum conditionibus supra positis. ⁊ hanc conclusi onem innuet paulo post gal. in commento. ¶ Quā tum ad secunduz nota primo. ꝙ licet dissolutio hu midi mēbroꝝ sit causa famis. tamen multotiēs fa mes accidit membris magis restauratis ⁊ plus ꝺ humido vel nutrimento habentibus ꝙ̃ prius ha bebant cum non aderat fames ⁊ hoc patet in vere conualescentibus in quibus contie membra resta urantur ⁊ in adolescentibus in quibus continue fit augmentum. patet etiam ex alio: q꞉ sumpto ci bo. 14. aut. 16. horis post in cōsistentibus insurgit appetitus vt apparet de distantia que est intra ce nam ⁊ prandium ⁊ tunc proprie sunt membra ma gis restaurata q꞉ tunc completa est digestio mem brorum ⁊ nutricatio. ¶ Ex quo sequitur hanc con sequentiam non valere hic fit velotior humidi sub stantifici dissolutio. ergo citior fames nisi ponant alia paria. ¶ Nota secundo ꝙ diuersa est mensura paucitatis humorum merito cuius excitatur virt⁹ attractiua venarum in hyeme ab ea: propter quā in estate: ꝓbat. sicut se habet naturalissima humo rum mensura ⁊ conuenientissima in hyeme ad cō uenientissimam in estate ita mensura sui paucita te faciens attrahere. sed minor ē conuenientissima mēsura humoꝝ estat̄ in corpibus robustis ꝙ̃ hye mis. g̃ minor ē mēsura sui puitate excitās mēbroꝝ attractiuā. ¶ Nō 3°. fortiorē esse attractiuā hyemis i dict̄ corpibus ꝙ̃ estat̄ pz ꝑp spūuz multitudinē. ¶ Nō 4° ex fortiori ꝟtute attractia fortiorē fieri at tractionē alijs ꝑibus. ¶ Ultimo no. ꝙ fames a for tiori attractiōe facta alijs ꝑibus pluri cibo indiget vt sedet ꝙ̃ illa q̄ fit a debiliori. ¶ P° ꝯ° stāte ꝓpor tionali neccessitate in hyeme ⁊ estate maior fit fa mes in corporibus dict̄ in hyeme: ꝓbat virtus at tractia ē fortior. g̃ fortiorē facit attractionē alijs ꝑi bus. g̃ fortior fit sensatio in ore stōi accidit ēt ꝙ os stōi frigiditate hyemis ē magis corrugatū ⁊ multi tudine spūuz magis sensitiuū. ¶ 2ᵃ ꝯ° nō fit tāta si tis tempore hyemis ꝙ̃ta tempore estatis patet ad sensum ⁊ q꞉ non tanta fit humidi roridi consum ptio nec tanta intensio. ¶ Tertia conclusio proba biliter ponitur stante vtrobiq꞉ debita cibatione in dictis corporibus citius incurrunt famen in esta te ꝙ̃ in hyeme: patet q꞉ sepius sunt cibandi ⁊ non nisi cum fament. ergo ⁊c. sed de hoc magis infra. ¶ Ad argumenta principalia. ¶ Ad primum cō ceditur ꝙ fit minor dissolutio sed negetur. ergo mi nor fames vt patet in positione.

¶ Ad secundū concedit ꝙ membra in estate sūt magis dissoluta sꝫ nō seqt̄. ꝗ̄ forti⁹ attrahūt q2 virtutem hn̄t debiliorē ⁊ minorē q̄ntitatē humoꝝ sibi determināt. ¶ Ad tertiū conceditur totum. ¶ Ad quartum negat argumentū. nam estas auget famē in aīalib⁹ debilis caloris. hyems aūt in robustis de quib⁹ hic loquit̄. ¶ Ad qntū cōcedit totum q2 nō repugnat dict̄. Ad auctoritatē gal. ꝓ alia pte dubij dr̄ ꝙ gal. nō dicit in cōmento maiorē fieri dissolutionē in hyeme q̄ȝ estate nisi superfluitatis tertie digōis. nec dicit ꝙ in hyeme sit plures cibi dandi pp restauratōꝫ pluriū dissolutoruꝫ Nam illa littera itroducit̄ sup̄ ꝓ vno arg°. nō pro determinatione. imo opm̄ innuit gal. vt pꝫ ⁊ patebit. Et tu hunc modū nota ⁊ modū exponēdi cōmētū. ¶ Secūdo solet hic dubitari. vtꝝ oīs sudor sit ꝑternām ⁊ pōt dici ꝙ oīs sudor fit cōcurrente aliqua dispōne ꝑternām. nā corpe nālissime disposito virtus ea q̄ sunt ꝑ poros cutis expellenda expellit isensibiliter nō in forma sudoris. iō in ōni sudore aut virtus est ꝑternāliter debilitata āt mā preternāliter alibi abundās aut qualitas ꝑternālis ē impressa ¶ Cursus igit̄. ¶ Hic ponit vnā cōdictionē reqsita ex pte tpꝝ dictorū ad verificatiōꝫ affōi repetēdo opōnes hyemalis caloris dicēs ꝙ cursus corpis. i. dispō inesse trāsmutabili corpis ē in hyeme ⁊ vere cōuenibilis q2 bonus si est tēperatus. i. tpa seruauerint suā nām. aut mediocritatem in genere suo ita ꝙ ver nō sit extremi caloris aut frigoris vel alterius qualitat̄. ⁊ ita hyems rn̄ cōuenientis hyemis. nā si hec tpa nō fuerint temperata tunc sequēt̄ cōtraria hijs que dicta sūt q2 ypo. blasphemauit hec tpa que nō seruant suā naturā in fine huius libri. vt dicit nostra trāslatio. sꝫ illa Burgōdionis dicit in sequētib⁹ ⁊ est verior q2 hoc sit pticula tertia. Et iō si stomacus bene digerit in hyeme tūc virtus nālis q̄ hāc actiōꝫ facit indicat hēre bene se. q2 hoc tpe calor iteriorib⁹ augmentat̄ somnus ꝓlongatur sup̄fluitas tertie digōnis dissoluit̄ q̄uis nō sētiat̄ fumosa sup̄fluitas cū hāelitu egredit̄. ⁊ iō māifestior ē hanelit⁹ hiēis q̄ȝ estatis. ypostasis vrine ē feculentior q̄ȝ in estate. corpe illā per debitū locū mandante in hyeme sꝫ in estate multū ad cutē de ea mittit̄ q̄ntitas vrine maioratur ea cā ⁊ corpus magis nutritur ⁊ caro augetur ⁊ sanguis multiplicat̄ ordinatiōe modū nō excedente. i. corpe cōuenienter recto. Et ē 3m. addēdū ad affōi verificationē. Et tūc isurgit dn̄s Joānicius di. ꝙ nā dr̄. 4or. mōis. vno mō de virtute aīe. 2° de forma. i. de ꝯpōne. 3° de ꝯplione. 4°. de cōsuetudine. ⁊ hec oīa patēt gal. ¶ Si q̄ntitas. Hic spāliter narrat cāꝫ pp q̄ȝ est neccius mult⁹ cibus in hyeme. ex qua appet argumēti solutio di. ꝙ si ingratur q̄ntitas corpis quo ad multitudineꝫ sanguis ⁊ carnis in tpe hyemis inuenit̄ ꝙ est multa rn̄ eius quod ē in estate. ⁊ hoc nō fit nisi ex multa cōmestione ⁊ digestione nō solū stōaci sed venaꝝ ⁊ membroꝝ corpis. Ergo ista ē cā multe neccitatis cibi i hyeme vt multū sanguis ⁊ spūꝫ hēat vltra mensurā ꝯuenientē in estate. ⁊ hoc experit̄ vulgus. ⁊ iō purgat sanguinē in fine veris ⁊ ante initiū estatis. Scit eni ꝙ maximū piculū subit adueniēte calore estatis si nō purgauerit se mō dicto q2 calor estatis dissoluit sanguinē ⁊ chimos ebullire facit ⁊ vene cōculcant̄ humoribus rarefactis ⁊ qn̄ꝫ crepāt ⁊ humores qn̄ꝫ putrescūt ⁊ ad debilia mittuntur quibus missis fiunt flegmones aut herisipile aut alij morbi. ¶ Sūma ergo ē ꝙ in hieme plus oꝫ habere sanguis ⁊ humoꝝ q̄ȝ in estate. ⁊ in estate minus q2 si tanta haberet̄ q̄ntitas piculum esset morboꝝ dictorū vt vulgus cognoscit. ꝑ flegmonē autem intelligendū ē apostema sanguineū: ꝑ herisipilā colericū. ¶ Que omnia. ¶ Nunc adaptat dicta affōi dicens ꝙ oīa p̄dicta ypo. in presēti affō testatur. q2 in hijs horis non tm̄ plus digerit sed plus cibi est dandum q2 cibus est dandus ad cōparationē caloris nālis. i. fm̄ posse naturalꝭ caloris in digerendo nisi subsit caloꝛ extrane⁹ vel sit periculū de subeundo. nam illo extraneo calore gnāto in humoribus cibus minoratur ne mali chimi generent̄. ¶ Ypo. non. ¶ Hic gal. cōmētat̄ affōm quo ad ver. ⁊ dicit breuiter ꝙ ypo. non ita tractauit de vere sicut de hyeme in libro sup̄ allegato quod gal. nō vult relinquere in tractatu. Dicit secundo ꝙ initiū veris plurimū est simile hyemi sed finis ē similis estati. ¶ Dicit tertio ꝙ qn̄qꝫ totū ver ē frigidū qn̄qꝫ totū calidūꝫ. ¶ Dicit quarto ꝙ in vere. s. quo ad eius initiū oꝫ ordinar̄ cibū sicut in hyeme cum sibi similetur. ¶ Quito dicit ꝙ si totum ver friguerit erit ordinandū cibarium sicut in hyeme. ¶ Dicit sexto ꝙ in fine veris ⁊ toto tpe calido ē ordinandū sicut in estate. sed si fuerit mediocre tp̄s mediocritas seruanda erit. ista oīa intelligunt̄ de sanis. De egris autē dicet ypo. statim post. 16

# Humide diete.

